exceptis uiui atque incolomes reperti sunt ut daretur
intelligi quanti meriti esset qui a tanto periculo ecclesiam cum homi-
nibus liberaret. Quod fur cum furto immobilis perstiterit.

In ualeria quoque prouincia fuit quidam presbyter qui cum confratri-
bus suis in ecclesia que ibidem constructa est dei laudibus
bonisque operibus inter sancte conuersationis uitam ducebat. Super-
ueniente autem sue uocationis die defunctus atque ibidem ante
ecclesiam sepultus est. Eidem uero ecclesie caule inherebant ouium
atque idem locus in quo sanctus ille sepultus est ad easdem caulas ouium
repetentibus peruius erat. Quadam autem nocte fur ueniens quondam ouem
tulit atque cum tali furtu iam abire cepit. Sed cum peruenis-
set ad sepulchrum sancti sacerdotis perstitit immobilis et nul-
latenus progredi quamuis omnimode niteretur poterat quod ei captum a suo
dorso tenebatur. Ipse uero fur deponere ouem a tergo uolebat sed
minime poterat. Unde ita ex toto terror stetit. Sicque miser
stetit cum sua preda quousque canonici per matutinas ex-
euntes ipsum cum furtu suo stare inuenerunt. Quo uiso res
uenit in dubium utrum ille uellet ouem tollere uel afferre. Sed culpe
reus indicauit rei ueritatem. Unde muniti omnes se ad ora-
tionem dederunt suisque precibus uix obtinuerunt ut qui reus peruene-
rat recepta salute absque preda uacuus mereretur liber.

De monacho cui obitus preuisus est. Capitulum.

In uicino prestine ciuitatis situm est quoddam claustrum
ubi quidam senex pater prefuit. In eodem cenobio acci-
dit ut cuidam presbytero obitus sui reuelatione diuina
esset indicatum. Qui petiit a patre monasterii ut sibi liceret
fieri foueam ad sepulchrum quod idem pater gessit. Tunc non post mul-
tos hos dies senex scilicet pater monasterii preter febre peruenit
ad extrema atque assistenti sibi illi presbytero dixit: In
sepulchro quod tibi factum est me pone non contradicas quod bu